

14/650

PETRI ANGELII BARGAEI

Epithalamium in nuptias

FRANCISCI MEDICIS

Florentinor. & Senens.
Principis, et

IOANNAE AVSTRIACAE

Regina Sereniss. Ferdinandi F.
Imperatoris.

CVM PRIVILEGIO.



FLORENTIAE

In officina luntarum Bernardi F.

M D L X V A

D
C
H
2130

PETRI ANGELII BARGÆI

EPITHALAMIVM

In nuptias

FRANCISCI MEDICIS

Florent. & Senens. Principis,

&

IOANNAE AVSTRIACAE

Reginæ Sereniss. Ferdinandi F.

Imperatoris.

Ad M: populi patrumq:
precis Envoia rogarant
Saepè Deos; aderat. Lux ophar:
intissima; qua se
Finibus è patrijs Tyrkhenam
Infernet in urbem.
Ingressu vari sedes thala-



10. A N. N. d. Austriae inter pulcherrima natu:
Cum Venus; albam curru denecta volucrissima;
Idai fontis lassos; virgines perbat.
Fundentem tangas; siue forficamine noras.
Ipsa suos quibus; in lauro spretando capillo; unta:
tus.

4 Petri Angelij Bargæi

Et lympham iucos fælici spargeret artus.
Sælicet (hospitio nam paulo acceperat ante
Læta Iouem, & propria venientem in sede locarat)
Ibat, ut innumeros natus frontis honores,
Nec non & puræ decus inutabile forma,
Et crines, nullisq; genas medicata venenis
Ostentaret ouans, roseoq; occurreret ore
Visenti Idalium patri, & iuga grata tenem.
Ergo ea, cum primum puro se flumine lauit,
Et circumfusas corpus demersit in undas,
Utraque Tyrrhenis defixit lumina terris.
Et læta, accipiens medio de vertice olympi
Vocesq; plaususq;, & festæ gaudia lucis,
Aligeros ad se cunctos accersit Amores.
Atque ait. o generosa phalanx, cui lucidus aether
Redit, & aeterno labentia sidera motu
Dulce canunt, choreasq; vna certo ordine ducunt.
Qui mare fluctuagum parer: cui dedala cellus
Fundit odoratos nonnilo semine flores.
Si quando dulci mortalia peccora flamma,
Et caco rigidas haustis vulnere mentes
Nunc certe, o vestrae dulcissima pignoræ matris,
Tempus redet, cum connectas in corda fugitiis
Herorum, laeto quo scilicet atrobera telluris invicti
Itala, & excubis muris Germania campis, immobili
In caelum latidesq; meas nonpenq; feratis adest enim tempus.

Tempus

Epithalamium

5

Tempus adest . vos ite leues . ego protinus hinc me
Abripiens epudis adero : mensisq; paratis
Pocula Acidalio ponam spumaria succo .

Hac Dea . quam contra est placido sic ore locutus
Filius iniuctum soli cui cura Tonantem
Utere , & in varias rerum conuertere formas ,
Taurumq; , pluuiumq; , aurum , cycnumq; canorum .

O mater , totum impendi multo ante laborem
Hunc ibi , perpetuumq; decus , laudemq; paravi
Egregiam , & magnum ventura in secula nomen :
Dum iuuenem clara Tuscorum ab origine regum .
Observans , sequor aſſidue : ſine ille pererrat
Ausonie regna alia ſue : ſine ille per vndas
Aequoris enectus celeri rate ferrur ad oras
Hesperias : latit ubi ſe ſe Hispania campis
Explicat : & centum praeflanti corpore nymphas ,
Centum habet egregia natas à stirpe puellas ,
Et forma atque animis ingentibus heroinas :
Divitijs omnes , omnes & ſanguine claras .

Quarum in nulla animum (dicitu mirabile) quiui
Fleclere : nec duros longa affuetudine ſenſus
Mollire : ac ſauam paſtularum frangere menem :
Et blandum iuueni tandem perſundere amorem .
Et fateor , mea Diva parens , rediſſe pudebat
In Tuscos , fruſtraq; mea conſumpſe ſagittas :
Nec uiuiffe acri quicquam , quod iuila veneno

Tela

Tela manu iacerem , flammisq; ardentibus aptas
 Multarum ex oculis in corda rigenti a redas .

Quamquam illum innumera , quarū celeberrima forma
 Et genus illustre , expeterent noctesq; diesq; (est ,
 Certatum concorde tori sibi sedere iungi .

Ergo ubi conatus frustra cecidere , nec usquam
 Omnia tentantī mīhi vis ita cessit , ut illa

Victor ego ē pugna vittricia signa referrem :
 Consugi ignotas (quid enim supereffet ?) ad artus
 Insolitosq; dolos , queq; ipsa fatebore mater
 Consilia haud sepe euentus habuisse secundos .

Urbs erat hibernis celebris stationibus inter
 Oppida iucundo regum delecta recessu :

Haud procul auratis populos ubi ditat arenis ,
 Et vitreas secum defert Tagus impiger vndas .

Vix dum etiam riuū & primis annibus auctus .
 Hic urbe in media confurgit ad astra columnis

Innumeris suffulta domus , trabibusq; superbis
 Tella , & marmoreo consistunt limine posse .

Aerati , atque Indis spectanda sedilia baccis ;
 Et mulso in primis laquearia flava metallo .

Cennum intus thalami , cencumq; tapetibus aureis
 Strata pavimenta , & gemmis distincta coruscis .

Hinc illuc latè splendent , cœn lumina Solis .
 Aut Lume : liquidus nullis cum nubibus aer .

Densatur : sudumq; oculus patet vndiq; cœlum .

Epithalamium

7

At ubi consuerunt epulae seu mane parari
Tunc, cum Sole novo terra lustrantur apertæ:
Vespere seu sero cum iam vaga sidera fulgent,
Et passim è cœlo densæ incubuere tenebrae,
In quadrum spatioſa fluit ſublimior aula.
Quam circum Pario duci de marmore vulnus,
Austriadum effigies viuas imitantia signa
Astant, & pueri ſimul innuptaq; puellæ.
Quarum vni, qua visa mihi pulcherrima forma eſt,
Bis ſeptem vix nata annos, oculis ocellos
Inſedi, laqueosq; illic & vincla parauit.
Et Medicem ſimulacra animum per cumela ferentem,
Mirantem genus egregium, formasq; decoras
Impliciti, magnoq; reclusi vulnera peclus.
Arſit amans nondum perspecta virgine, & alium
Susppirans, dulcemq; trahens è corde querelam,
O felicero (inquit) iuuenem, cui nupta marito
Ipsa tui ſimilem certo pòſt tempore prolem
Edideris, patria qua iam virtute supremis
Ceret auis at anisq; suis. nec plura locutus
Coniicut, totusq; hæſit defixus in uno
Obtutu; dum ſe ipſe nequit explere tuendo.
Nam quid agat? neque enim quidquā ſupereffe uidebat,
Expressa cupidos quam pascere imagine ſenſus,
Et ſpecie ignotæ ſe ſe oblectare puella.
Ter montes uallesq; caue, tot ſumina, tantum
Terrarumq;

8. Petri Angelij Bargæi

Terrarumq; mariq; aequor prohibebat amarecm;
Quo minus & ueras uoces audiret, & idem
Redderet, inq; ipsis sua sisteret ipsa puella
Lumina luminibus, neque ab oribus oramoueret.
Ergo insperato mentem iam sauciis idu
Ibat, & occulto consumebatur ab igne:
Inq; dies magis atque magis graue vulnus alebat:
Dum facies simulata animo, dum nomina gentis,
Factaq; & innumeri simul obuersantur honores
Virginis Austriacæ: cui nec domus villa, nec etas
Progenuit similem virtute, & corpore formam.
Quin etiam patrias illinc reuocatus ad oras,
Non modo suscepit non unquam è pectore curam
Deponit: verum multo magis acribus usque
Urgetur stimulis, & corde incendia voluit,
Illa quidem clara iam se prodentia flamma
Nanque ut sorte suo narrat loca visa parenti,
Oppidaq; & geneses una describit Iberas,
Immensas & opes, atque alta palatia regum,
Natarumq; addit viuos è marmore vultus
Austriadum: & meritos latus percensem honores:
Constituit, ac vocem medio in sermone repressit:
Ipsaq; purpureus sparsit pudor ora genasq;
Quale rubet calun, cæcæ cum mane tenebrae
Discessere omnes, nec dum tamen auricomus Sol
Flammiferum nostro veniens in bar exculit orbis.

Epithalamium

9.

At pater indicia hæc atque argumenta secutus,
Flagrantem magno iuuenem persensit amore:
Latamq; magnanimo concepit gaudia corde.
Aduenisse diem, cuperet cum filius vlero
Connubio, & teda se se vincire iugali:
Postillâ innumeris vnde ipse nepotibus auctus
Imperiumq; domumq; omnem florere videret.
Ergo ait. o generosa mei mea dulcis imago,
Ne dubita: nam vera loquor. confecimus ipsi
Ante ibi, quæcumque cupis: sociamq; cubilis
Legimus, eternos tecum quæ transigat annos.
Hoc gemini, quorum fortis Germania, quorum
Ausonia, atque audax obseruat Iberianutus,
Annuerunt frares: & certo pignore certas
Sirinximus vñanimes ipsa hæc in fædera dexteræ.
Nunc autem, te si quis amor, te si qua videnda
Cura tuae (manque ipsa tua est pulcherrima virgo)
Coniugis impellit stimulis ardentibus actum,
Germanorum oras & Noricæ regna petendum est.
Vade age chare puer, teq; haud mora longa retardet,
Quo minus ali pedum cursu delatus equorum
Saxa super gelidasq; alpes, & lata feraris
Flumina, quo cœtus speratæ ad virginis ora
Pernenias, fratremp; adeas: qui maximus vñus
Inter magnanimos nunc imperat Europacos.
Carpe viam: neque tu leuis tuæ gaudia differ

B

In longum . solet esse leuis labor omnis amanti .

*Hæc ille . At iuuenis iam dudum accensus amore ,
Rumpendiq; moras , studioq; impulsus eundi ,*

Quam primum magni peragit præcepta parentis .

Atque vna ingenti procerum comitante caserua ,

Quos Tiberis Latiumq; potens , quos Tuscia , quosq;

Canomani , quos & Ligures , quos Gallia misit ,

Lætus abit , volucremq; fuga præuertitur auram .

Non illum glacialis hyems rembratur euntem :

Non imbræ , densæq; niues , non annib; austæ

Flumina ab innumeris , Athesisq; Padusq; profundo

Vortice : non Scythicas rapidus qui fertur ad oras ,

Perq; nouem salsas latè fluit hostia in vndas

Ister , & Euxino regnat vetus incola Ponto .

O quoties sternacis equi per denia saxa ,

Per iuga , per cliuos , per præcipites conualles

Terga fatigantem , & duris calcaribus armos

Frangentem hinc illinc , rumpentemq; ora lupatis ,

Viderunt nymphæ , & saelix icter ire precatæ

Arserunt tenues flamma rapiente medullas .

Nec prius incepitos potuit finire labores ,

Coniugis ante suæ lætus quam constituit ora .

Hic ego multiplices iuueni comes vnuis honores

Afflaram , inq; oculis arcumq; ignemq; pararam :

Ut , si quæ sineret fatorum occulta voluntas ,

Armatam patria pectus virtute phellam ,

Epithalamium

ii

Inq^z Deos cultu, atque omni pietate potentem
Captarem, & cura torrerem ardente medullas.
Ergo illa, ut primum venientem aspexit, ab imo
Suffirans, auido tenuem babit ore fauillam:
Et tota in vias abiit latissima flammae.

Mox, ubi conuenere vna, & data copia sandi est,
Sola illum alloquitur, soli iam pendet ab ore,
Iam se nulla potest oculis explere tuendo.

Ast ego, nanque ambos pariter flagrare videbam,
Alterum ab alterius perculsum pectus amore,
Discessi, o mater, properè, cœlumq^z, petui:
Ut tibi, dum Medices patrijs è finibus heros
IOANNIA M in Tuscos sœlix expectat euntem;
Narrarem quantos terraq^z mariq^z labores
Pertulerim, quantumq^z meis accesserit actis
Diua decus: tum qua te laus nomenq^z sequatur:
Nec non ut reliquos mecum longo agmine fratres
Elicerem, cunctiq^z vna peteremus Hetruscos:
Et tua permuli ornarem regna trophaeis.

Hac effatus Amor finem dedit ore loquendi.
At pueri, quorum densum conuenerat agmen
Iam dudum rapuere faces, rapuere sagittas,
Vinculaq^z & laqueos solidoque adamante catenas:
Et fratri circum lato agglomerantur ouantes:
Seq^z ad Tyrrenam cuncti demissere pergunt
Urbem animis opibusq^z virum imperioq^z potenterem;

Et Diuum auspicio, & iedus regalibus auctam.
 Effulseré ignes subito, & lux maior oborta est.
 Purior & solito circum resplenduit aer.
 Nanque illi effusa complerunt omnia turba
 Desuper, acque auidas alta in præcordia vulgi
 Lampadas, & dulci iecerunt incita liquore
 Tela Cithériaco. mox & fragrancia latè
 Lilia, Paſtaniſ nuper selecta viretis,
 Purpureasq; rosas, immortalesq; amaranthos,
 Omnia quæ secum exiulerant gremiumq; ſinuſq;
 Repleti, in faciem labentis ab aere nimbi
 Sparsere, & gyros paſſum cantusque dedere.

Interea casti genitrix pulcherrima Amoris
 Surgit, & Aonios sua sub iuga cogit olores:
 Et currum lata ascendit: ſeq; æthere ab alto
 Demittens, Phœbo & Ætus loca ſacra petiuit.
 Accessu loca difficulti, numidaque circum
 Rupibus, & cunctis mortalibus inuia, prater
 Quos Dea sancta Venus Ætusq; & Phœbus amarunt.

Hic nemora in cælum late frondentia surgunt,
 Atque huic acque illuc ramis ſpatianur apertis:
 Quæ cariem nunquam, nunquam perpeſſa ſenectam
 Degunt perpetuos horis labentibus annos.
 Hic fructus non villa ſuos non arbor odoros
 Parturit, eternos ſylue immortalis honores.
 Quos neq; flammatis torrens feruoribus aſtas,

Nec

Epithalamium

13

Nec gelidi Boreæ penetrabile frigus adurit.
Hic tepidas semper Zephyris afflansibus auræ
Palladia nunquam bacca, nunquam aurea desunt
Mala, nec effracto turgensia corrice poma
Punica: & apricis pendentes vndiq^u vites
Arboribus: quarum partim maturuit vnde
Tota color atos ostentans sole racemos:
Partim autem vix dum nascens defloruit, & se
Abdit pampineam frondosæ matris in umbram:
Nec prodire palam dias in luminis oras
Audet adhuc: alijs viuos fundentibus amnes
Implentur dulci spumantia labra liquore.
Nectare quo nullum gens interitura per diuina
Diuorum ad mensas cœlestia pocula miscet.
Parte alia platanos inter laurusq^u comantes
Lene fluunt alci per prata virenia fontes.
Quos circum supraq^u volant longo ordine cycni.
Ac ripæ assuetæ volucres & fluminis dueo
Doliloquum suavi modulamur gutture carmen.
Ergo buc Dina potens cœlo delapsa sereno
Denisit se se, currumq^u inuexit apertum.
Incessere vna secum risusq^u iociq^u
Gaudiaq^u & dulces rixa, & sine fraude susurri:
Et Charitum chorus, & certa sub lege lepores.
Tum verò latè nubes discedere, & aer
Ipsa suam quacunque viam Dea flexerat, alcum

Sternere

14 Petri Angelij Bargæi

Sternere iter : spirare aura : ac ponere venti.
Iamq; adeo sedesq; pias , & anæna vireta ,
Parnassi iuga summa binerticis, amraq; catu
Nymphaeum, Diuumq; chorus celebrata tenebat .
Arrisere Deæ sylueq; vndeaq; perennes ,
Inq; sacros nemorum nymphæ excepere recessus .
Tunc illa . O patris aetherei Iouis inclita proles ,
Et Diuum decus , & cœli omnipotentis alumna ,
Quæ quondam cura q; graues durosq; labores
Lenire , & tristes animos mulcere soletis .
Quaq; adeò laudes præclarasq; facta canendo
Aeternum gratae memori committitis aeuo .
Non (equidem reor) ad vestras modo peruenit aures
Fama, ut magnanimos Medicum gens inter Hebruscos
Nobilitate potens , opibusq; insignis assit
Junxit inuictos certo sibi fædere reges
Iamdudum , & matos illorum à stirpe crearit .
Hoc Arar , audaces placido qui flumine Celas
Dissecat : hoc duræ nouit regnator Iberus
Canabria : Latiq; potens Tiberinus : & ipse
Ticinus : qui perspicua pulcherrimus vnda
Labitur , & culi ripas disterminat agri ,
Insubriumq; caput magnam circumfluit urbem .
Hoc etiam Eridanusq; rapax restatur , & ingens
Danubius : qui nunc patrijs dimisit ab oris ,
Egregium Austriadas inter decus heroinas

Ioannam,

Epithalamium

15

Ioannam, a spicio iungendam, atque omne dextro
Regnani in Tuscis iuueni, & pro patre tenentii
Imperium, sceptriique ingens onus usque leuanti.
Coniugium fælix, placido cui Iupiter ore
Mecum una innumeram venuira in secula prolem
Annuerit: cuius magnis virtutibus Arnus
Crescit agens liquidas maiori flumine lymphas.
Ergo agite o Cœli nymphæ decus, ire sorores
Ite Deæ, mecumque viam contendite ad urbem
Tyrrhenam: neque enim vobis locus esse solebat
Gratior, & Phœbi gens obseruantior: & que,
Ipsa ego si recte recolo iam lapsa retrorsum
Secula, tantundem vestros ornarit alumnos.

Sic Venus. Aonidum sedenim piaturba sororum
Sic conera est affata. tuos Dea maxima iussus
En sequimur, cunctaq; tibi paremus cuncti.
Ac tecum Hetruscos dulcèmque reuismus Arnum,
Carminibus celebrem nostrum, magnurnque fluenteem:
Ac iam vix Tiberi: vix iam Permessidos vndis
Cedentem primas, seq; ips conferre parantem.

Hæc ubi dicta leuem rapuere per aera gressum
Et mensis, quas & niueis mantilibus omnes,
Et dape constructas regaliter, vndiq; magni
Cingebant pulchris flectentes sedibus artus
Heroes, lectaq; ex omnibus heroinæ;
Afluerunt Diua: atque inter se alternacantibus

Talia

16 Petri Angelij Bargæi

Talia claris bona sunderunt carmina voce.

O decus, o columen, Tuscae spesq; altera gentis
Francisce. Austriaci cui nunc iuxere secundis
Auspicijs gemini terrarum lumina reges,
Terrarum reges gemini iuxere sororem:
Salve o magnanimi proles generosa parentis.
Et tecum innumeros coniux tua transigat annos.
Voluite constantes vaga sidera voluite cursus.

Tu quoque magnorum fortunatissima regum
Progenies: fratribusq; soror, quorum alter Iberis
Imperat, atq; Italum certas moderatur habendas,
Ammericemq; domat toto procul orbe reuulsam,
Ignotamque diu mortalibus: Alcer ad Arcton
Quà patet, & latos profert Germania fines,
Sceptra gerit, populisq; ad se dat iura vocatis,
Imperiumq; ingens totius regit arbiter orbis:
Sis fælix, coniuxq; tuus tibi dedit us vni
Tecum vna in longa degens et ate senescat.
Voluite constantes vaga sidera voluite cursus.

Illiū olim placido prospexit Jupiter ore
Nascentem, & Venus est risu dignata sereno:
Cui dulces thalamos iuueni desponderit, & cui
Regalis nymphæ mentem inflammari amore.
Qualem adeò nympham, quales modo nactus amores,
Tyrrhenæ orobur, flos o Francisce iuuentæ,
Gratus amor nymphæ, Diuīm gratissima curæs.

Voluit

Voluit

Voluite constantes vaga sidera voluite cursus.

Illam olim gremio blandi excepere parentes!

Illam olim Divis commendauere supremis:

Quam gressu vnanimi Charites comitantur cum m:

Qua cum se dulces confert Hymenaeus ad aedes:

Cuius non lites thalamus, non iurgia lectus

Pertulit: at posius venientes maior in annos

Crux amor thalami, crevis concordia lecti.

Qualis habet nunc vos ambos bonus ardor amantes.

Voluite constantes vaga sidera voluite cursus.

Felix oratio virgo coniuncta marito.

O felix tanta iuuenies coniuncte puella.

Vos ne Dacum & gnaue mater Germania pubis,

Vos ne potens bello pacisq; Hispania legie,

Quis tantum decoris, quis tantum afferret honoris?

Voluite constantes vaga sidera voluite cursus.

Ut iubat Oceanus cum letum ex equire patrum

Sustulit, & toto radios diffudit olympos,

Si so se force atburnens comes addidit ignis

Aetheras tonis ignis & ore affulgit honestas

Incedit similans, ronebrans & nubila vincit.

Sic iumenta pulchrae medio cat flori immixta

It comes, & uita virgo sociata inq; dicit.

Voluite constantes vaga sidera voluite cursus.

Ut canit diffusus catoe fulgentem centauris,

Ollent sonores orationes. Tisiphone orans,

18 Petri Angelij Bargæi

*Et faciem claro spectandam in lumine præbet :
Optatamq; diu lucem mortalibus affert :
Sic virgo cum leta domum patriosq; penates
Linquit, & in charithalamos ingressa marii est,
Ostendat decus ipsa suæ inviolabile formæ.
Et incunda viri pertentant gaudia mentem.
Volute constantes vaga sidera voluite cursus.*

*Quale suum gelidae post tristia tempora brume
Exultat os aucto iam dudum lumine Apollo:
Quale in empesta Phœbe nitet aurea nocte :
Aut cum purpureum redit ver: Lilia circum
Alba caput, mollesq; rosas cui texere nymphæ,
Et varijs pergunt distinguere tempora fertis.
Tale nitet iuuenis primæ post acta iuuentæ
Tempora, post solas dulci sine coniuge noctes,
Cum patrias cupidus primum deduxit ad ædes
Florentem forma, florentem atate puellam.
Volute constantes vaga sidera voluite cursus.*

*Entibi, quæ cælo nymphæ deducimus ortum,
Parnassiq; vna colimus inga summa sorores,
Fæcundam, & nullo morituram tempore Laurum
Ponimus irriguas Permessi ad fluminis vndas.
Ut ripa in media, passim qua leta virescunt
Arbusta, & crebrae surgunt ad sidera plantæ
Ex se se innumeros edat bene culta nepotes:
Et late fundens ramos totum occupet amnum.*

Volute

Volute constantes vaga sidera voluite cursus .

Salve igitur virgo Austrriadū pulcherrima , salve
 Grandetuis iuuenis Princeps decus addite Tuscis .
 Vobis progeniem vetericeu sanguine claram ,
 Sic testem laudis , testem virtutis auite
 Det Dea : quæ vestri sit pignus amabile lecti :
 Quęq; adeò amborum seræ post fata senectæ
 Producat longæ felicia tempora viæ
 Volute constantes vaga sidera voluite cursus .

Ipsa etiam , stimulis quæ pectora versat Amatum ,
 Curarum expertes iubeat procedere noctes :
 Muthus extremos comicitur ut ardor in annos
 Semper : & alterius magno flagret alter amore :
 Idem animus sit virique : eadem sit virique voluntas .
 Nec vestrum inter vos quid sit discordia norit
 Alteruter : sed luce corus sine sentiat ambos
 Degere perpetuam nota inter gaudia vitam .
 Volute constantes vaga sidera voluite cursus .

Ipse etiam Diuum genitor , quas vndique dites
 In vestros effudit auos , effusior in vos
 Pergat opes opibus largè cumulare vetustas .
 Imperiumq; ingens , quod iam percellere nulla
 Vis queat , immotum ventura in secula firmet :
 Et prolem egregiam longum propaget in aium .
 Volute constantes vaga sidera voluite cursus .

Hac Musa . At varium cepit Venus aurea cestū :

Quo

*Quo stabiles olim mentes, deuincit Amanum.
 Atque illo iuuenemq; vna claramq; puellam
 Iunxit: & ex aquo sonoras veriusque medullas
 Accendens, blandas animis perfudit amores.*

F I N I S.



Florentiae apud Iuntas.

1566.

Cum licentia, & Priuilegio.